

cheri Concordantiis patet. Quem significatum in primis servat, quando cum ל vel נ construitur. Sic Jerem. xii, 3. הַתְקִרְבָּה removet eos sicut gregem לְטַבְּחָה ad maculationem. Ut grex ad maculationem destinatus a reliquo grege removetur, sic Jeremias precatur, ut DEUS impios legreget, & imminenti interitu subjiciat: Quod sequentia quoque confirmant, וְתַקְרִיבֵשׁ separa eos ad diem occisionis. Quia eandem constructionem verborum in nostro versu reperimus, idem etiam significatus obtinebit, sensusq; erit: Et remotæ sunt plantæ pedum Sacerdotum, qui arcam portabant, ad terram sicciam. h. e. adscenderunt ex Jordane in litus & continentem. Id quoque significare voluerunt, sensum non verba secuti LXX. וְיָמָדָא אֶת-נִירָא posuerunt pedes super terram. Consentit Chaldeus: educta est planta pedum Sacerdotum & quievit super aridum. Sensus igitur totius versus erit: Et fiebat, cum Sacerdotes adscenderent ex Jordane, vixque eorum pedes terram sicciam attigissent, mox aquæ Jordanis reversæ sunt, & fluxerunt uti antea super omnes ripas suas. Nec aliud quid Abarbenel in Commentario ad h. l. in verbis illis invenit: בְּעֲלוֹתָם מִשְׁם מֵיד שָׁבו מִ הַיְرָדֵן לִמְקוּם וּגְוֹם' בְּאוֹפֵן שְׁהִירָה Cum illi adscenderent ex Jordane, statim reversæ sunt aquæ ad locum suum &c. Quod ideo fabulum, quo miraculum magis in sensus incurreret, ipsigne evidenter redderetur. Non comprehendimus itaque rationem, cur Judæi hic novum miraculum fingant, & arcam non a portitoribus, sed portatores ab arca post aquarium recursum transportatos esse tradant. Audiamus Raschium ad vers. 18. annotantem: רֹישׁוּבוּ הַמִּים לִמְקוּם נִמְצָא אָרוֹן מִצְרָיִם וְיִשְׂרָאֵל מִצְרָיִם זֶה נִשְׁאָר אֶת כּוֹשְׁאֵי וּעֶבֶר וְעַל רַבֵּר זֶה נִעַשׂ עֹזָא כְּשַׁאֲחֹזָה בְּאָרוֹן כּוֹשְׁאֵי נִשְׁאָר עַצְמוֹ לֹא כְל. Et reversæ sunt aquæ ad locum suum. Posita erat arca in uno latere Jordanis, & Israelitæ in altero latere: Portavit arca portatores suos, & transiit. Et proptera punitus fuit Iuda, qui apprehendit arcam, (ut eam portaret) nonne enim arca, quæ portat portatores suos, multo magis seipsum portet. Prolixius hæc refert Schmuel Laniado in Cle Chemda fol. 172. col. 3. כי אומרו נתקו כפורץ רגלי הכהנים שלשון ניתוק והכפות מורה כל ואחים בציירם ראשם והעבירות ונשאות לא שם יהיו נשאים אותו והיינו אומרגן